



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 60.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Caput 56.
 1 Aim. ib. c. 5.
 Gallontam &
 VVallontam

sal Childoucu

Chilpericus / Gachilifindam sororem Brunichildis habuit vxorem; relinquens Fredegundem, & alias quas habebat vxores. Postea transcendens sacramentum quod Gothorum legatis dederat, quod nunquam Gachilifindam de culmine regni degradaret, ipsamque suggillare fecit. Post cuius transitum Fredegundem denuo accepit vxorem, reputantes vero eius fratres quod suo ingenio Gachilifinda fuerat intercepta, eum de regno eiiciunt. Habebat Chilpericus de prioris regina Audouera tres filios Theodebertum, Merouicum & Clodouicum.

Caput 57.
 Aim 3. ca. 11.

Huni in Gallias venire conantur, aduersus quos Sigibertus cum magno aggreditur exercitu. Huni magicis artibus instructi, multis fantasiis ostentis, exercitum Sigiberti metu concutiunt; terga vertunt. Sigibertus à Hunis circumdatur, sed suæ prudentiæ dona offerens liberatur. Nec ei quicquam hæc conditio fecit opprobrij. Pacem sempiternam cum Hunis firmavit & à rege Hunorum condignis muneribus honoratur.

Caput 58.



Sigibertus præcepit Aruenis ciuibus Arelatem occupare. Iubente Gunthramno à Celso Patrio Aruerni Arelato trucidati sunt.

Caput 59.



Thanagildo rege Hispaniæ defuncto, Levva cū Levvildo fratre regnum assumit. Moritur Levva. Levvildus integrum Hispaniæ regnum tenet; habens v Gaisuindam vxorem matrem Brunichildis.

val. Gadsundam. Aim. 3. c. 27.

Caput 60.



Edem tempore defuncto Constantinopoli Iustiano Imperatore, Iustinus ambiuit imperium, vir iniquus & cupidus. Ad quem Sigibertus legatos

105

ros & Varmacharium, & Francum & Firminum Comitē direxit, qui pacem cum Imperatore firmarent, qua facta secundo anno sunt reuersi.



Ongobardorum gens priusquam hoc nomen assumeret, exeuntes de Schandauia, quæ est inter Danubium & mare Oceanum, cum vxoribus & liberis transmeant. Cum à Hunis Danubium transeuntes fuissent comperti, eis bellum conantur inferre. Interrogati à Hunis, quare gens eorum terminos introire præsumeret. At illi mulieribus suis præcipiunt, comam capitibus ad maxillas & mentum ligare, quo potius virorum habitum simulantes plurimam multitudinem hostium ostenderent, eo quod erant mulierum comæ circa maxillas & mentum ad instar barbæ valde longæ. Fertur de super vox utraq; phalange dixisse, Hæc sunt langobardi. Quod ab his gentibus fertur eorum deum fuisse locutum quem fanatici nominant VVodanum. Tunc Langobardi clamasse, Qui instituerat ijs nomen, concederet victoriam. Hoc prælio Hunos superant, partem Pannoniæ inuadunt. Nec multo post tempore Narses Patricius, minister Iustini Imperatoris eiusq; Augustæ Sophiæ perterritus, eo quod Augusta ei apparatus ex auro factum muliebri, eo quod eunuchus erat, cum quo filaret, direxit, & pinsilarios regeret, non populos. At ille respondens, Filium filabo, de quo Iustinus Imperator, nec Augusta ad caput venire non possunt. Tunc Langobardos à Pannonijs inuitatos cum Alboëno rege in Italiam introduxit. Alboënus Clodofindam Chlotarij regis filiam habuit vxorem: qua defuncta aliam duxit coniugem, cuius patrem interfecerat.

Caput 61.
a al. Schatana-
nagia Aim. lib
2. c. 13. Scandi-
nauia

bal. Visodano?

cal. pēsilarios

Ipsō